



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Habitu muliebri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

A Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI DE HABITU

MVLIEBRI LIBER.



I¹ tanta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cœ- CAP. I.
lis, nulla omninò vestrum, Sorores dilectissimæ, ex quo Deum viuum
cognouisset, & de sua, id est, de fœminæ conditione didicisset, latiore
habitum, ne dicam gloriosiore appetisset, vt non ² magis in sordibus
ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens. Eam lu-
gentem & poenitentem, quo plenius id ³ quod de Eua trahit (ignomi-
niam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) ⁴ omni satisfactionis habitu ex-
piaret. ⁵ In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad virum tuum conuersio tua, & ille ⁶ Gen. 3.
dominabitur tui, & Eam te esse nescis? Viuit sententia Dei super sexum istum in hoc secu-
lo, viuat & reatus necesse est. Tu es diabolus ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diui-
næ legis prima desertrix, tu es que eum suastisti quem diabolus aggredi non valuit. Tu ima-
ginem Dei, hominem, tam facile elifisti. Propter tuum meritum, id est, mortem, etiam fi-
lius Dei mori habuit: & adornari tibi in mente est, ⁶ super pelliceas tuas tunicas: Agè nunc
si ab initio rerum & ⁷ Milesij oues tonderent, & ⁸ Seres arbores nerent, & ⁹ Tyrii tingue-
rent, & ¹⁰ Phryges insulerent, & ¹¹ Babylonij intexerent, & ¹² Margaritæ canderent, & ¹³
Ceraunia corulfarent, si ipsum quoque Aurum iam de terra cum cupiditate prodisset, si
iam & ¹⁴ Speculo tantum mentiri liceret: hæc Eua concupisset, de paradiso expulsa, iam
mortua opinor? Ergo nec nunc appetere debet, aut nosse, si cupit reuiuiscere, quæ nec ha-
buerat, nec nouerat, quædo viuebat. Ideò omnia ista dænata & mortuæ mulieris ¹⁵ impe-
dimenta sunt, quasi ad pompam funeris constituta. [¹⁶ Nam & illi qui ea constituerunt, CAP. II.
damnati in poenam mortis deputantur: illi ¹⁷ scilicet angeli, qui ad filias hominum de cœ-
lo ruerunt, vt hæc quoque ignominia fœminæ accedat. Nam cum & materias quasdam ¹⁸ Gen. 6.
¹⁹ benè occultas, & artes plerasque non benè reuelatas, seculo multò magis imperito pro-
didissent (siquidem & ¹⁹ metallorum opera nudauerant, & ²⁰ herbarum ingenia traduxe-
rant, & ²¹ incantationum vires prouulgauerant, & omnem curiositatem vsque ²² ad ste-
llarum interpretationem designauerant) propriè & quasi peculiariter fœminis instrumētum
istud muliebris gloriæ contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur: & circ-
ulos ex auro, quibus brachia artantur: & medicamenta ex fucis, quibus lanæ colorantur: &
illum ipsum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producantur. Hæc qualia sint, inte-
rim iam ex Doctorum suorum qualitate & cōditione pronouncari potest, quòd nihil ²³ ad
integritatem peccatores, nihil ad castitatem adamatōres, nihil ad timorem Dei deserto-
res spiritus aut monstrare potuerunt, aut præstare. Si doctrinæ dicendæ sunt: mali magistri
malè docuerint necesse est. Si mercedes pro libidine: nullius rei turpis, merces decora est.
Quid autem tanti fuit ista monstrare siue conferre: vtrumne mulieres sine materiis splen-
doris, & sine ingenijs decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc incultæ, & in-
cōpositæ, & (vt ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos mouerant? An ne ²⁴ fordidi, & per gra-
uitum vsum contumeliosi amatores viderentur, si nihil fœminis in connubium allectis
contulissent? ²⁵ Sed hæc non capit æstimare. Nihil plus desiderare poterant quæ angelos
possidebant, magno scilicet nupserant. Enimuerò qui vtique interdum cogitabant vnde
cecidissent, & post libidinum vaporata momenta cœlum suspirabant, illud ipsum bonum
feminarum naturalis decoris vt causam mali, sic remunerauerunt, ne eis profuisset fœlici-
tas sua, sed vt deuectæ de simplicitate & sinceritate, vnâ cum ipsis in offensam Dei perue-
nient. Certi erant ²⁶ omnè & gloriâ & ambitionem & affectionem per carnem placendi, Gal. 6.
Deo displicere. Hi sunt nempè angeli, quos iudicaturi sumus: hi sunt angeli, quibus in la- 1. Cor. 6.
uacro renunciamus. Hæc sunt vtique, per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo
faciunt apud iudices suos res eorum? Quod est commercium damnaturis cum damnan-
dis: opinor quod ²⁷ Christo & Belia. Qua constantia tribunal illud ascendimus, decreturi 2. Cor. 6.
aduersus eos quorum munera appetimus? Nam & vobis eadem tunc ²⁸ substantia angeli- Math. 22.
ea repromissa, ²⁹ idem sexus qui & viris, eandem iudicandi dignationem pollicetur. Nisi

TULLIANUS
Annotationibus
M. V.
16.

ergo hanc praeiudicauerimus res eorum praedamando, quas in illis tunc damnato
 CAP. III. rimumus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt. [30 Scio scripturam Enoch,
 31 quae hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia 32 nec in armarium Iu-
 daicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum aeditam, post eum
 casum orbis omnium rerum abolitorem, saluam esse potuisse. Si ista ratio est, recordentur
 pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noë, qui utique domestico nomi-
 ne & hereditaria traditione audierat & meminerat de proau sui penes Deum gratia, & de
 omnibus praedicatis eius: cum Enoch filio suo Matusalæ nihil aliud mandauerit quam ut
 notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noë in praedicationis de-
 legatione successisse, vel quia & aliis non tacuisset, tam de Dei conseruatoris sui dispo-
 sitione, quam de ipsa domus suae gloria. Hoc si non tam expedite haberet, illud quoque ca-
 latione, quàm de ipsa domus suae gloria. Hoc si non tam expedite haberet, illud quoque ca-
 fertionem scripturae illius tueretur: proinde potuit abolitam eam violentia cataclysmi,
 in spiritu rursus reformare: quemadmodum & Hierosolymis Babylonia expugnatione de-
 letis, 33 omne instrumentum Iudaicae litteraturae per Elidram constat restauratum. 34 Sed
 cum Enoch eadem scriptura etiam de Domino praedicaui, à nobis quidem nihil omnino
 reiciendum est, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem scripturam adificationi habere
 lem, diuinitus inspirari, à Iudaeis postea iam videri propterea reiectam, sicut & cetera fere
 quae Christum sonant. Nec utique mirum hoc, si scripturas aliquas non receperunt de eo
 locutas, quem & ipsum coram loquentem non erant recepturi. Eo accedit quod Enoch
 Iudaei.
 CAP. IIII. apud Iudam Apostolum testimonium possidet. [35 Nulla nunc muliebri pompae non
 iniusta sit praedamnationis de exitu auctorum. Nihil angelis illis imputetur praeter repudi-
 caeli, & 36 matrimonium carnis. Rerum ipsarum qualitates examinemus, ut consilia quo-
 que concupiscentiae earum deprehendamus. Habitus feminae duplicem speciem circum-
 fert, 37 cultum & ornatum. Cultus dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatus
 quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus
 deputatur: Ille in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quae oculos trahunt.
 Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis: ut iam hinc prospicias, Deici-
 cilla, quid ex his disciplinae tuae conueniat, quae de diuersis institutis censetur, scilicet hu-
 militatis & castitatis. [38 Aurum & argentum principes materiae cultus secularis affinis
 CAP. V. neceffe est, unde sunt: Terra scilicet plane gloriosior, quoniam in maledictorum 39 metallo-
 rum feralibus officinis 40 poenali opere deplorata nomen terrae in igni reliquit, atque ex
 inde de 41 tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominia in honore
 42 metalli refuga mutatur. Sed & ferri & aëris, & aliarum vilissimarum materialium par-
 ditio est, & ferreni generis, & metallici operis: quo nihilo generosior iudicari potest aurum
 argenti substantia penes naturam. Quod si de qualitate usus, gloria est auro & argento
 quin magis ferro & aëri: quorum ita disposita est vtilitas, ut & proprias operas plures
 & necessarios exhibeant rebus humanis, & nihilominus auri & argenti de sua vice ac
 commodent iustioribus causis. 43 Nam & annuli ferro fiunt, quaedam esui & potui valde
 ex aëre adhuc seruat memoria antiquitatis. Viderit si etiam ad spurca instrumenta aurum
 argenti demens copia deseruit. Certè nec ager auri opere paratur, nec naui argenti vige-
 re contextitur. Nullus bidens aurum demergit in terram, 44 nullus clauus argentum in-
 mat tabulis. Taceo totius vitae necessitates ferro & aëri innixas: cum illa ipsa 39 diuites ma-
 ria, & de metallis refodiendae, & in quocumque usu producendae, sine ferri & aëris operam
 vigore non possint. Iam igitur aestimandum est unde obueniat tanta dignitas auro & argen-
 to, cum & consanguineis quantum ad genus, & potioribus quantum ad vtilitatem ma-
 teriis praerantur. [45 Sed & Lapillos istos qui cum auro superbia iungunt, quid aliud
 CAP. VI. interpreter quam lapillos & calculos, eiusdem 46 terrae minutalia: nec tamen aut fundamē-
 tis demandandis, aut parietibus moliendis, aut fastigiis sustinendis, 47 aut tectis densandis
 necessaria? Solum hunc 48 mulierum stuporem adificare nouerunt: quia tarde retruncant
 niteant, & subdole substruuntur ut floreat, & anxie forantur ut pendeant, & auro leu-
 nium mutuum praerant. 49 Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscum
 conchae genus est, non dico conchylio, aut ostreo, sed nec 50 peloride gratius de lapore
 Ad hoc 51 enim conchas nouerim maris poma. Quod si concha illa aliquid intrinsecum
 pustulat, vitium eius magis debet esse quam gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud
 tamen intelligendum, quam conchae illius aliqua dura & rotunda verruca. 52 Annt & de
 frontibus draconum gemmas crui, sicut & in piscium cerebris lapidiferas quaedam ch-

A Hoc quoque decribit Christiana, vt de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, ceruicibus suis aut ipsi capiti ornamenta struit? [53 Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, gratiam possident. Denique intra terminos suos patrios, non tanti habentur. Semper abundantia contumeliosa in semetipsa est. Apud Barbaros quosdam, quia 54 vernaculum est aurum & copiosum, 55 auro vinctos in ergastulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum est, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem 56 vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum ceterorumque gentilium suorum, coram matronis erubescens, nisi quod nec ad offensionem ferè habentur. 57 Latent in cingulis smaragdi, & 58 cylindros vagina suæ solus gladius sub sinu nouit, & in 59 peronibus vniones emergere de luto cupiunt. Denique iam gemmatum habent quod gemmatum esse non debet, si non comparet: aut ideò comparet, vt neglectum quoque ostendatur. [60 Proinde & vestium

de coloribus honorè, serui etiam eorum terunt. Sed & parietes 61 Tyriis & hyacinthinis, & illis regis velis, quæ vos operosè resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Vilius est apud illos purpura, quàm 62 rubrica. Quis enim est vestium honor iustus, de 63 adulterio colorum iniustorum? Non placet Deo quod non ipse produxit, nisi si non potuit 64 purpureas & carinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, vtique non licet fingi. Non ergo natura optima sunt ista, quæ à Deo non sunt auctore natura. Sic à diabolo esse intelliguntur, ab interpolatore natura. Alterius enim esse non possunt, si Dei non sunt: quia æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt, alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus Dei non est. Ceterum 65 materia ex Deo sunt, non statim & huiusmodi fructus latere in omnibus quaritur, & vnde sint conchæ, & qua dispositione decurrant, & vbi collocentur. Nam & omnes istæ prophanae spectaculorum secularium voluptates, 66 sicut de ipsis suum volumen ædidimus, ipsa etiam Idololatria ex rebus Dei constat: non tamen ideò Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut scenæ turpitudinibus, Christianum affici oportet: quia Deus & equum, & pantheram, & 67 vocem homini dedit: nec ideò Idololatriam impunè faciet Christianus, quia Dei conditio est & thus, & merum, & ignis qui vescitur, & animalia quæ victimæ fiunt, cum & ipsa materia quæ adoratur, Dei sit. Sic ergo & circa actum materialium census à Deo descendens, propterea excusatus. Deo extraneum vt reum scilicet gloriæ seculum. [68 Nam vt quæque rerum, per singulas quasque terras & vnamquamque regionem, materiis à Deo distributa sunt, inuicem sibi peregrina apud exteros, mutuo rara, apud vos, iure, si vtique vel appetuntur, vel negliguntur, quia non tantus est in illis feruor gloriæ inter domesticos frigida. Sed enim ex 69 possessionum distributione, quam Deus vt voluit ordinauit, raritas & peregrinitas apud extraneos semper gratiam inueniens, de simplici causa non habendi quæ Deus alibi collocauit, concupiscentiam concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderate habendi: quod & si fortè habendum sit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, C 70 vnde & nomen eius interpretandû, quod concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum: grande scilicet votum, quod (vt diximus) non natura, nec veritas, sed vitiosa animi passio concupiscentia commendauit, & alia vitia ambitionis & gloriæ: sic & pretia rebus inflammavit, vt se quoque accenderent. 71 Non tanto maior fit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupiit? 72 Breuissimis loculis patrimonium grande profertur. 73 Vno lino decies sestertium inseritur. 74 Saltus & insulas tenera ceruix fert. Graeciles aurium cutes 75 Kalendarium expendunt, & 76 sinistra per singulos digitos de faccis singulis ludit. Hæc sunt vires ambitionis, tantarum vsurarum substantiam vno & muliebri corpufculo baiulare.

CAP. VII.

CAP. VIII.

CAP. IX.

TULLIANUS
Annotationibus
M. V.
16.

CAP. I.

1. Si tanta in terris, &c.] *Caput hoc inscriptissimum: Quod lugere potius quam ornari mulier debeat. Maluimus autem legere in terris, quam illud Trithemij, quum initium huius libri citat: in terra.*
2. ut non magis in sordibus ageret.] *Describit (inquit Rhenanus) exemplum hominis exomologesin facientis, & actum penitentiae exequentis, de quo latius supra lib. de Penitent.*
3. id quod de Eua trahit, &c.] *Adnotandus locus, quod primum delictum seu peccatum originale, de Eua trahi dicitur, quum quidam vsque adeo ab Adamo illud propagatum dicant, ut si Adam non peccasset, in posteros derivatum non fuisset.*
4. omni satisfactionis habitu.] *De Satisfactione supra late tractauimus lib. de Penit. c. 5. n. 26.*
5. In doloribus & anxietatibus paries, &c.] *Quum Rhenanus ex eo quod prius legatur: paries, colligerit legendum: dominatur, & e contrario quum iuxta editiones omnes tam Hebraicas quam Graecas & Latinas constet legendum cum MS. 3. Patric. cod. dominabitur, lego etiam: paries, maxime quum similiter legit B. Cyprianus, & lib. de Hab. virg. l. Test. 3. c. 32. Pertit autem illud, & erit ad virum tuum conuersio tua ex Graeco, ἡ ἀποστολή τοῦ ἀνδρός σου ἢ ἀποστολή σου: pro quo B. Hieronymus apertius ex Hebraeo: & sub viri potestate eris.*
6. super pelliceas tuas tunicas.] *Similiter B. Chrysostomus homil. 18. in Genes. ornatum vestium hac scriptura impugnat.*
7. Milelij oues tonderent.] *D. Hieronymus (inquit Rhenanus) enarrans Ezech. cap. 27. auctor est, ex Mileto lanas precipuas solitas Tyrum deferri, ut non sine causa liberius interpretibus 70. apud eum Prophetam vertere, & lanas de Mileto, quum tamen Mileti vocabulum in Hebraeo nusquam inueniatur. Nos etiam hac de re aliquid diximus ad illud lib. de pallio: Nec de ouilibus dico Milejis n. 54.*
8. & Seres arbores nerent.] *Apud Seras (teste eodem Rhenano) Sythiam gentem in arboribus lanugo reperitur, quam aqua persusam depectunt. Seras lanatio Sylvarum nobilium vocat Plinius l. 6. c. 17.*
9. & Tyrij tinguere.] *Idem Plinius (inquit Rhenanus) Phoenicem describens: Tyrus (inquit) quondam insula, praedito mari septingentis passibus diuisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim partu clara urbis gentis, Lepti, Phoenicia, & illa Romani Imperij amula, terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem condita. Nunc omnis eius Nobilitas conchylio atque purpura constat.*
10. & Phryges infuerent.] *Pictas (inquit idē) vestes acu facere Idaei Phryges inuenerunt, ideoque Phrygiones appellati sunt, ex eodem Plin. Eodem pertinet quod supra dixit Auctor lib. de Idolol. c. 3. an Phrygio detexat, & an filo formetur.*
11. & Babylonij intexerent.] *Colores (inquit Rhenanus) diuersos picture intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit. Eiusdem Plinij verba sunt: Unde Babylonicæ vestes & stragule dicte. Ad explanationem vero facit illud B. Cypri. l. de bono pudic. Festibus*

aurum intexere, quasi pretio est vestes corrumpere, quod inter fila staminum delicata rigida faciunt metalla.

12. & margaritæ canderent.] *Et hoc (inquit Rhenanus) docente Plinio, margaritarum dos omnis, in candore, magnitudine, orbe, lenore, & pendere. Hinc placet magis hac lectio, quam quod habet i. Patric. cod. MS. margarita.*

13. & Ceraunia coruscarent.] *Fulgur (inquit Rhenanus) proprie coruscat, & a fulmine nomen habet Ceraunia gemma. Siquidem fulmen Graeci κεραυνός appellant. De hac gemma Plinius quoque l. 37. cap. 5. Efficitur quum inter candidas & quæ Ceraunia vocatur, fulgur hydrium raptens, ipsa crystallina splendoris cerules in Ceramania nascens. Albam esse Zenothemis fatetur, sed habere intus stellam conuersantem. Meminit & alterum cuiusdam Ceraunia, Parthorum Magis quæsitæ, sed tunc admodum, quoniam non aliubi inueniatur quam in his fulmine icto. Flammas Ceraunii tribuit Hieronymus quum ad Demetriadem scriberet: Et tacet (inquit) de numerum pretii, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium, smaragdorum virorum, Cerauniorum flammis, Hyacinthorum pelago. Ad qua ardent & resonant studia matronarum.*

14. Si iam & Speculo tantum mentiri liceret.] *Huc alludit B. Cyprian. libro citato in hac verba: Speculum postremum Speculum conspiciatur, nisi quia ne ipsi specularentur?*

15. impedimenta.] *Impedimentorum (inquit idē Rhenanus) nomine sarcinas accipimus. Ita rursus libro sequenti, Et reliqua compositionis vestre impedimenta. Et infra l. ad P. cor. 5. filiorum impedimenta. Alludit autem hic ad pompam triumphalem, qua reduces Imperatores pop. Rom. velis beneque urbem ingrediebantur variis ostentaculis praedita. Quum prius ad funebrem Triumphalium virarum pompam, qua similia deferebantur. Nam sequitur: quali ad pompam funeris constituta.*

CAP. II.

16. Nam & illi qui ea constituerunt, &c.] *De hoc lum huius capiti dedimus: Quod angelis deferentibus debeat quicquid ad instrumentum multitudine glorie pertinet.*

17. illi scilicet angeli, qui ad filias hominum in caelo ruerunt.] *Pertinet hoc ad errorem Tertulliani, qui veteribus aliis, & ipsi B. Cypri. communem de quo supra diximus ad lib. eius de Discipl. & hab. cor. n. 1. & latius inter Auctoris errores in nostris Prodromis.*

18. bene occultas.] *Hoc est (Rhenanus interpretatur) liter occultas, ut mox: non bene reuelatas, id est, quae expediebat non esse reuelatas.*

19. metallorum opera.] *Intelligit (vix Rhenanus adnotauit) de sodinis auri & argenti. Id quod in sequenti libro alius verbis explicat. Qui (inquit) & materiam modi illecebras detexerunt. Cyprianus in Demetrii num. Minus argenti & auri opes suggerunt iam ecclesiasticis metalla & pauperes venæ.*

20. herbarum ingenia traduxerant.] *Hoc (inquit Rhenanus) herbarum vim atque naturam patitur.*

CAP. III.

rant. Eodem autem modo dixit lib. de Fuga in persecutione infra 7. 5. nō traditus autem traduci habebat: id est (vbi idem ibidem) exponi omnium oculis, seu publicari.

21. & incantationū vires prouulgauerant. MS. 3. Vatic. cod. promulgauerant. Perinde esse, indicat Festus his verbis: Promulgari leges dicuntur, quum primum in vulgus eduntur, quasi: prouulgari. Atqui de incantationibus infra, Tomo sequenti, l. de Anima.

22. vsque ad stellarum interpretationem. Similiter dixit Auctor sub finem libri de Pallio: & qui stellarum coniectat. Vtrumque autem pertinere iudico non ad Astronomiam, que de cursu certo stellarum agit, sed ad Astrologiam, de qua latius supra lib. de Idolol. c. 9. & Adnot. ibidem nostris. Nisi quis malis istud referre ad stellarum nomina, de quibus Origene teste, homil. 28. in Numer. plurima in libellis, qui appellantur Enoch, secreta continentur & arcana, de cuius scriptis latius sequenti capite.

23. nihil ad integritatem peccatores. Quantumuis repugnantiū MS. 3. Vatic. qui legunt: peccatores, asserentiū Rhen. no lego: peccatores, ut oratio tribus membris conflet, maxime quod libro sequenti legatur: per angelos peccatores demonstrata sunt. Lego interim citi editi in marg. ista monstrare siue confere, pro: sicut confere.

24. An ne sordidi, & per gratuitum vsunt contumeliosi. Posterioribus verbis priora explicantur, nam (vbi adnotauit etiam Rhenanus) sordidos pro auaris accipit, & gratuitum vsunt intelligit, eum qui caret gramio.

25. Sed hæc non capit æstimare. Et hinc (inquit Rhenan.) ut in aliis libris sæpe non capit, pro eo quod Græci dicunt: ἔξ ἑδὲ γράφ, hoc est, non licet, fieri non potest, ut res sic æstimeretur. Similes loci sunt supra l. de Spectacul. c. 4. interpretari capit, lib. de Præscript. heret. Alia capit opinari. Item adu. Marc. l. i. si depræciari capit, lib. 2. capit etiam imaginem spiritus dicere flatum. lib. 3. Id enim intelligi vel non intelligi capit. l. 4. separatio per coniunctionem capit de qua sit. lib. 5. animale dici capit, & absque qua nec corpus aliud dici capit. Denique: Quod si non capit alterius omnia ista deputari.

26. omnem, &c. affectionem per carnem placēdi. Aludat haud dubie ad illud Galat. 6. Quicumque uolunt placere in carne, &c. de quo latius lib. aduers. Marc. 5. Legimus autem ex 3. MS. Vatic. cod. Quid ergo faciunt, pro: faciunt.

27. Christo & Belia. Peculiare est hoc Auctori tum hic, tum lib. de Cor. milit. infra cap. 10. Belia, pro eo quod Græci Βελία, & tum 2. Cor. 6. tum frequenter in veteri Testamento ex Hebræo interpretatur: Belial. Quod esse proprium diaboli etiā adnotauit Cyrillus Orat. de exitu Anima, & à 70. interpretibus vertitur Deuter. 13. ἄνομος, quod iniquum seu peruersum, aut ἀνομιὰς, vbi i. Reg. 1. 2. 10. & 25. quod pestilentem sonat. B. vero Hieron. iudic. 19. interpretatur filij Belial, sine iugo.

28. substantia angelica. Pertinet hoc ad alterum Auctoris errorem, quo corporis substantiam angelis tribuebat, de quo etiam inter Prolegomena.

29. idem sexus qui & vitis. Hoc addit, quia legitur Matth. 2. Neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cælis. de quo latius lib. de Resurrect. carn. Tom. sequent.

30. Scio scripturam Enoch, &c. Huius capitio inscriptio seipsam prodit: De scripturæ Enoch auctoritate. Porro præterquam quod Prophetiam Enoch citari Auctor supra Apolog. c. 22. & lib. de Idolol. c. 4. & 15. vbi aliquid adrigimus. Adnot. nost. & infra quoque lib. de Cultu seminarum: hic etiam auctoritatem eius vindicat quatuor potissimum rationibus. Primum contra, qui non putauerunt eam post cataclysmum saluam esse potuisse, quod pronepos Enoch Nō potuerit eam, si non scripto, saltem hereditaria per Mathusalem filium eius traditione posteris sua predicatione delegasse, aut iam abolefactam in spiritu rursus reformare, quemadmodum ab Esdra instrumentum litteraturæ Iudæicæ restauratum est. Deinde quod omnis scriptura adificationi habilis diuinitus inspirata credatur: que ratio etiam allegari potest contra eos, qui hodie hagiographos libros Apocryphos censent, ut sunt Tobia, Iudith, Sapientia, & Ecclesiastici, ac Machabæorum libri. Item quod à Iudæis reiecta sit, eo quod a Domino predicari, que admodum & antiqui & hodierni heretici scripturas multas reiecerunt, eo quod heresi sua contrarietur, de quo latius libro aduers. Marcionē. Denique quod apud Iudam Apostolum testimonium possideat. Neque mirum, quum etiam Ireneus, Iustinus Martyr, Clemens Alexandrinus, & Athenagoras Tertulliano antiquiores tanti fecerint dictam Enoch Prophetiam, ut inde errorem suum hauserint (de quo in Prolegomenis nostris latius de angelis malis, qui adsumptio corporibus ex filiabus hominum Gigantes susceperunt, imò & post eum Methodius Martyr, B. Cyprianus, Lactantius, Scuerus Sulpitius, Proclus denique & Bellus, Philosophi Christiani. Verum B. Hieron. vsque adeo in contraria est sententia, ut lib. de Eccles. script. asserat, propterea Epistolam Iudæ quibusdam Ecclesiasticis Patribus fuisse reiectam, quod apocryphum librum Enoch citet. De quo tamē Apostolum Iudam excusant in Comment. epist. ad Titum, quod vti liceat parte libri, etiam sit totum librum quis non adprobet. Similiter Chrysost. in Comment. ad Gen. c. 6. fabulas nuncupat Enoch libri dictam sententiam, & apertius D. August. l. 15. de Ciuit. Dei c. 23. Scripsisse quidem nonnulla diuina Enoch septimum ab Adam negare non possumus, cum hoc in Epistola canonica Apostolus Iudæ dicat, sed non sunt in canone scripturarum. Vnde illa que sub nomine eius proferuntur, & continent fabulas illas de Gigantibus, quod non habuerint homines patres, reiectæ à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda. Cui similia ab eodem repetuntur, ne hic prolixiores sumus, lib. 18. de Ciuit. Dei c. 3. Idem sensisse videtur Epiphanius, vbi agit de heresi Marcionis, qui quum Enoch mentionem fecisset, ad dit: Sed nondum exstabat lex scripta, verum naturalis tantum illa ex mente & traditione per successionem patrum ad filios; quod tamen ipsum accedit ad primam rationem supra scripturam Auctoris.

31. quæ hunc ordinem angelis dedit. De hoc lib. sequi de Cultu seminarum. Idem (inquit) angeli, qui & materias huiusmodi illecebras detexerunt, aurum dico & argentum illustrium, & opera eorum tradiderunt, etiam calliblepharum vellerumque tincturas inter cetera docuerunt, damnati à Deo sunt, ut Enoch refert. Reliqua nunc diximus ex August. & reliquis Veteribus, de quibus latius Sixtus Senensis, Bibliotheca sanctæ l. 2. de Henoc.

32. quia in armarium Iudaicum admittitur. Canonem scripturarum Iudaicum intelligit, qui (B. Augustino teste vbi supra) seruabatur in templo Hebræo po-

puli succedentium diligentia sacerdotum. De cataclysmo vero pro diluio alibi aliquid diximus. Proauum item Noe fuisse dictum Enoch patet, quia Enoch genuit Methusalem, ex illo Lamech, cuius filius Noe.

33. omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdram constat restauratum.] Similiter Irenæus lib. 3. adu. hæres. c. 25. In ea (inquit) captiuitate populi, quæ facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturis, & post 70. annos Iudæis descendentibus in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspirauit Deus Esdræ sacerdoti tribus Leui præteritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data esset per Moysen. Hinc etiam B. Hieron. lib. aduersus Heluidium, Esdræ restauratorem Pentateuchi nuncupat: et alibi scribit, quod scripturas sacras iam dispersas eodem spiritu, quò antè scriptæ erant, restituit. Eodem pertinet illud B. Isidori Etym. l. 6. c. 1. Hebraei (inquit) veteris Testamentum Esdra. Auctore iuxta numerum litterarum sacrarum in 22. libris accipiunt, diuidentes eos in tres ordines, Legis scilicet, Prophetarum, & Hagiographorum, &c.

34. Sed quum Enoch eadem scriptura etiam de Domino prædicari.] Verba ipsa prædicationis Enoch de Domino reperire est in Testamento duodecim Prophetarum, quod frequenter citatur ab Origene et Procopio. In Testamento enim suo Simeon: Vidi (inquit) in characterè scripturæ Enoch, &c. quoniam Deus corpus assumens, & comedens cum hominibus, saluabit homines. Et nunc filii mei, obedite Leui, & in Iuda liberabimini, & non efferemini super duas tribus has, quoniam ex ipsis oriatur nobis salutare Dei. Suscitabit enim Dominus ex Leui principem sacerdotum, & ex Iuda Regem Deum & hominem, ita saluabit omnes Gentes. Hæc ad similitudinem etiam Leui: Innocens (inquit) ego sum ab omni impietate vestra & transgressione, quam facietis in consummatione seculorum, in saluatorem mundi impiè facientes, & suscitantes ei mala magna à Domino, & inique facietis cum Israhel, ut non subsistat Hierusalem à facie malitiæ vestræ, & scindatur velum templi, &c. quem admodum continet liber Enoch insti.

CAP. IIII.

35. Nulla nunc muliebri pompe nota inusta sit, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: De cultu & ornatu muliebri.

36. & matrimonium carnis.] Etiam hoc ad supra scripti c. 3. errorem pertinet.

37. cultum & ornatum, &c.] Alludere videtur Auctor ad illud Varonis: Mūdus muliebris dicitur à mūditiā, Ornatum, quasi ab ore natus. Hinc enim maxime sumitur, quod eam deceat, itaque ob id paratur speculum; hoc est enim quod dicit: Ornatum in cura cutis & capilli consistere, quem adeo eleganter à contrario sensu, immundum muliebrem vocat.

CAP. V.

38. Aurum & argentum principes materie cultus, &c.] Insignitimus caput istud hoc titulo: De auri & argenti qualitatibus. In quo imitatur ex parte Plin. Nat. hist. l. 33. Proæmium.

39. metallorum feralibus officinis.] MS. 3. ferilibus: sed illud placet. Nam (vix rectè adnotauit Rhenanus) metallorum operibus addicebantur damnati, inque his sæpè Christiani. De quibus 25. epist. l. 3. quæ nunc est 77. Cyprianus Martyr: Non fouetur (inquit) in metallis lecto & culcitris corpus. Humi iacent fessū laboribus viscera. Squalent sine balneis membra sua & sordè defor-

ma. Panis illic exiguus. Vestis argentibus deest. Scimitris capitis capillus horrescit, & reliqua. Præterea non frigidè hic dicit feralibus officinis. Apud Cypri legimus: Tercibus cibis pallus, violarique.

40. pœnali opere.] Ita (inquit idem Rhenanus) Cyprianus horribiles carceris atque fustibus pœnalis tenebras dixit. Item: Squalorè carceris ac receptaculi pœnalis horrorem. Et ad Donatum: Pergit pœnalibus in mulis pertinaciter adherere.

41. de tormentis in ornamenta.] Eleganter (inquit idem) hic coniungit contraria, quorum hoc primum nomen commendat Prognomastia. Hinc illud Ambrosij: Vos verò beate virgines, quæ talia tormētā patimur, quæ ornamenta nescitis.

42. metalli refuga.] Nam (eodem adnotante) nomen. Vocatur enim armilla aut torques. Est autem et hæc phrasīs Iuræ consulti. Vlpianus enim l. Ast. d. num. d. De panis. Quique (inquit) refuga ex opere metalli in metallum damnatur. Hinc & Marcellus L. Milites d. De re militari: custodia refuga dicitur, autem: & nihilominus auri & argenti, subaudi, operas, idque iustioribus, id est probatoribus canis.

43. Nam & annuli ferro fiunt.] Triumphalia (vix adnotat Rhenanus) olim corona ex auro Hetrusca stinebatur à tergo, annulus tamen in digito ferreus. Hic quodque qui ob legationem acceperant aures, in publico tantum utebantur; intra domos verò, ferreæ. Argumento etiam nunc sponte annulus ferreus mutatus, isque sine gemma. Ex Plinio. Nos aliquid etiam adnotamus in cap. 6. Apolog. n. 79. Rectè autem ex coniectura restituit Rhenanus: Nullus bidens pro: videns, ut respondens MS. cod. 3. Vatic.

44. nullus clausus argentum intimat tabulis.] Simili Metaphora dixit lib. de Resur. carn. Sicut dem Ephesius scribens Christum, sensibus vitæque timandum Dominum significauit, ut intimare capiatur, pro: inferere.

CAP. VI.

45. Sed & lapillos itos qui cum auro supponunt, &c.] Tractat hoc caput: De gemmarum qualitatibus. De quibus latiss. Plinius hist. nat. lib. 37. & ad institutum lib. 9. c. 35. quem imitari hic videtur.

46. terrae mineralia.] Minutias (inquit Rhenanus) intelligit. Mineralibus regnis dicit adu. Marcellus. Ictine. Pulvis hodie mineralia vocat.

47. aut tectis denlandis.] Loqui adnotauit Rhenanus Auctorem de tectis Africanis, & Orientalibus regionibus, quibus apud nos pergrua similes sunt, Gemmas Terras vocant, quasi Terracium.

48. mulierum stuporem edificare.] Stuporem accipi pro cultu, cuius aspectum stupent viri. Adnotat verò verbo (inquit Rhenanus) per translationem vti solent in Martyribus, ut robori edificando vacent.

49. Sed siquid de mari Britannico aut Indico ambitio pifatur, conchæ genus est, &c. licet Margaritum vocetur, &c.] Pulcherrime describit margaritam, quod nunc neutro genere dicit, quoniam Plinium (vix ferè semper in eiusmodi) imitetur, cuius verba ad loci ampliore intellectum scribens a præteritis lib. 9. Nat. hist. c. 35. Principium culmenque amaranthum præter Margaritæ tenent. Indicus maxime Martis Oceanus. Origo atque genitura conchæ est

multum ostrearum conchis differet. Has ubi genitalis anni simulaverit hora, pandentes sese quadam oratione impleri visido conceptu tradunt, gravidus postea emitti, partumque concharum esse margaritas, pro qualitate raris acceptis, si puris influxerit, candorem (hinc supra dixit Auctor: margaritae canderent) conspici: si vero turbidus, eandem pallere. Sani quidem partus multiplici constant cute, no improprie callum (quod vocatur ab Auctore dura & rotunda verruca, & dicitur concha aliquid intrinsecus pustulare, vti recte castigabat ex hoc loco Rhen. pro postulare) vti existimari corporis possit, itaque purgantur & a peritis. In Britannia quoque parvus ac decoloris (vnioues nempe, qui pro eodem habentur, ex cap. sequenti dicitur) nasci certum est, quoniam D. Iulius Thracem, quem Venere generitrici in templo eius dicitur, ex Britannicis margaritis factum voluerit intellegi.

50. Peloride.] Inter testacea seu concharum genera (inquit Rhenan.) Peloridem quoque Plinius recenset, & alium emollire scribit, l. 32. c. 9.

51. Ad hoc enim conchas nouerim maris poma.] Sensus est (inquit Rhenan.) Non ad fastum, sed ad saporem & esum nouerim conchas, veluti poma quadam matris, quibus assimilantur. In profundo maris enim caecitas ab urinatoribus colliguntur, veluti: Strata iacet passim sua queque sub arbore poma, quarum figuram representant.

52. Aiant & de frontibus Dracontum gemmas erui, &c.] Draconites, siue Dracontes (vti adnotauit etiam Rhenanus, Plinio teste l. 37. cap. 10.) e cerebro fit Draconum, sed nisi viucentibus absisso numquam gemmas erui, inuidia animalis mori se sentientis, igitur mos est ut dormientibus animalibus caput amputent. Soranus qui visum tam gemmam apud regem scripsit, bis vchi quaerenti tradit: & viso Dracone, spargere somnifica medicamenta, atque ita praecidere. Esse autem candore translucentis postea poliri, aut artem admittere.

CAP. VII.

53. Haec omnia de raritate & peregrinitate solas, &c.] Inscriptio est huius capituli: Quod apud Barbaros haec praedicta, sint fastidio. Est autem plane simile id quod repetit l. sequ. de Cultu foeminae, & imitatur Auctorem B. Cyprian. l. de Hab. virgin. in quoniam sub finem dicitur: Sint a compediibus aureis pedes liberi.

54. vernaculum est aurum.] Tanquam illic aurum (vti adnotat Rhenan.) Similiter Paula & Eustochium in epistola ad Marcellam: Totum mysterium nostrum istius provinciae orbisque vernaculum est.

55. auro vincetos in ergastulis habent.] Sic l. seq. Quamquam & aurum ipsum cuidam Genti ad vincula seruire referunt Gentium literae: atque adeo recte addit: diuitiis malos onerant. quanto enim quisque seleratiss. tanto censetur ex aureis vinculis dirisissimus. Apud Aethiopes autem hunc morem fuisse adnotauit Theodorus Caeterus Variar. Lec. l. c. 5. ex Plutarcho in Erotico, & Diono Chryso. in Orat. 722. 723. 724.

56. vidimus Romae de fastidio Parthorum & Medorum. Regis adnotat Rhenanus Parthos Romae viros ab Auctore, quum legatione fungerentur apud Sennerum Imperatorem, aut in eius triumpho de Parthis, Medis & Adiabenis, qui quo anno eius imperij contigerit, latius in vita Auctoris.

57. Latet in cingulis Smaragdi.] De Smaragdis vide Plin. l. 37. c. 5. qui tertiam ambitionem illis tribuit, & Perlicos (quibus Parthis contribuntur, vti saepe di xi-

mus) tradit non translucentos, sed incundi tenoris visum implere, quem non admittunt, solum pantherarumque oculis similes.

58. & cylindros.] De Cylindris ex Smaragdis confectis, ita ibidem Plinius: Indi (inquit) mire gaudent longitudine eorum, soloque gemmarum esse praedant, qui carere auro malint, ob id perforatis Elephatorum fetis religant. Et alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbilicum statim ex auro capita comprehendentibus. Ideo Cylindros ex iis facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Sunt autem Cylindri, teretes gemmae & oblongae instar Cylindri, id est, columnae lapideae rotatiles, quae videntur rei rustica cultores aquandis arcibus.

59. & in peronibus vniones.] Auctor est Seruius (inquit Rhenanus) peronem esse rusticum calciametum, quo vocabulo usus est Virgilius l. 6. Aeneidos: Crudus regit altera pero.

Et Iuuenalis:

Nil veritum fecisse valet, quem non pudet alto Per glaciem perone regi-

Et quidem hic proprie locutus est, de Barbaris faciens sermonem. Meminit & peronum in lib. de Pallio, quum inquit: Magnum incessui munimentum futinae venereae prospexere perones effeminatos; ubi vide Adnotat. nostras n. 91. Scribit autem eadem de re Plin. l. 9. c. 35. in haec verba: Nulli duo reperuntur indidcreti, unde nomen vnionum Romanae scilicet imponere deliciae. Nam id apud Graecos non est, ne apud Barbaros quidem eius inuentores aliud, quam margaritae. Et paulo post: Hoc & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis soculis addant. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per vniones etiam ambulent, satis est. Legimus autem cum 2. Ms. Vatic. cod. Denique iam gemmatu, pro eo quod erat: denique tantum, maxime quoad r. edit. & 1. Vatic. legant: tam.

CAP. VIII.

60. Proinde & vestium de coloribus honorem, &c.] Ista haec verba titulum huius capituli indicant: De vestium coloribus adulterinis.

61. Tyriis & hyacinthinis, & illis regis velis.] Per Tyria vela purpurea intelligit, quippe quum purpurea illis maxime nota sit, vti patet ex Plinio, lib. 9. cap. 36. 37. 38. 39. 40. & 41. unde & subiungit: vilior est apud illos purpura, &c. Regia autem vela intelligit Rhen. Attalica aulica, quae tamen ipsa mulieres id temporis operose, id est flatim resoluta transfigurabant; id est aliter retexebant. De his ita Plinius lib. 8. cap. 48. Aurum intexere in Asia inuenit Attalus Rex, unde nomen Attalicas.

62. rubrica.] Milton significat (inquit Rhenan.) siue colorem rubrum. De variis autem rubricae generibus vide Plinium l. 35. c. 6.

63. de adulterio colorum iniustorum.] Harrisus censuit legendum: iniustorum, sed placet: iniustorum, eo quod addat: adulterio. Imitatur autem hunc locum B. Cyprian. l. de Pudic. his verbis: Adulterium fidelis nec in coloribus nouerit.

64. purpureas & earinas oues, &c.] Huc alludit idem B. Cyprianus lib. de Discipl. & hab. virg. Neque enim Deus coccineas aut purpureas oues fecit, (aut herbarum succus, id est virides seu earinas) & conchyliis tingere & colorare lanas docuit. Vtrumque autem imitatus est B. Hieronym. in vita B. Marcellae. In hunc autem locum pulcre sic commentatur Rhenan. Gortiensis codex Da

ULLIAN, notati onibus MELI, V. 16.

habet: arinas: nec refert, utrumque Græcis vernum significat; quod tu hic pro viridi interpretare. Ambo vocabula coniuncta habes in illo lepido Epigrammate de Luscinia, quæ cicadam corripuerat, quod legitur titulo in Aues, Epigrammatum Græcorum l. i.

70. *Ἐξ ὧν ἂν ἔσται, ἂν ἴδῃ νὰ ἐνδύ.*
65. materia ex Deo sunt, &c.] Etiam hunc locum bene explicat his verbis Rhenan. Sensus est: Materie ex Deo sunt, sed tamen iste usus materialium nequaquam secundum divinam voluntatem, quasi qui illic ideo lateat, quaeritur, videlicet unde sint concha, hoc est ex quo mari, Indico, aut Britanico, & qua dispositione decurrant, sicut in monilibus & murenilis mulierum, & ubi collocentur.

66. sicut de ipsi suo volumē addimus.] Haud dubie librum de spectaculis intelligit, ubi de Pantheris aliquid adnotauimus, c. 2. n. 6.

67. & vocem homini dedit, &c.] Hunc locum ad verbum serè imitatur ubi supra B. Cypr. n. 43.

CAP. IX.

68. Nam ut quæque rerum, &c.] Postremum hoc caput inscripsimus: Quod omnis iste ornatus ad ambitionem pertinet.

69. ex possessionum distributione, &c.] Adnotatu dignus locus contra eos, qui possessiones omnes omnibus communes esse volunt, quippe quem distributionem earum à Deo ordinatam adserat. Spæ autem mox legas: concupiscentiam concitat cum excusis, siue excitat cum 2. MS. Patie. cod. perinde est ad posteriorem lectionem alludit magis tertius cod. MS. legens: excutat.

70. unde & nomen eius interpretandum, &c.] Elegans definitio ambitionis.

71. Non tanto maior, &c.] Non (inquit Rhenan.) pro: An non, seu Nonne. Eodem modo dixit Exhort. ad castit. Non dicendum erit.

72. Breuius, loculis, &c.] Intelligit (inquit Rhenan.) repositoria, in quibus monilia magnum patrimonium æquantia seruantur, aut ipsa monilia, quæ vice loculorum sunt.

73. Vno lino, &c.] Summa hæc (inquit idem) vicies quinque mille aureorum coronatorum. Hoc imitatus D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ dixit, Qui vno filo villarū insuunt pretia. Atqui de Sertertiis vide nostras Adn.

in B. Cypr. epist. 60. ad Episcopos Numidas n. 5.

74. Saltus & insulas, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) saltuum & insularum pretia. Sunt autem etiam insulae domus, quæ non communibus parietibus coniunguntur cum vicinis, auctore Festo. Atqui in illo tenera cuncta, emphasis est in tenera, quemadmodum est in eo quod mox sequitur: Graciles aurium cutes. Similiter autem etiam B. Cypr. li. b. de Bono pudic. Mirum negatium, mulierum omnia delicata, ad virorum sarcinas fortiores sunt viri.

75. Kalendarium expendunt.] Kalendarium (eodem adnotante) significat eas tabulas domesticas, quæ non singulos dies, sed menses singulos respiciunt, in libris re perscriptæ erant ad Kalendas exigenda. Seneca epist.

88. Diuitem (inquit) illum putas, quia aures supellectilis in via eum sequitur, quia in omnibus provinciis est, quia magnus Kalendarij liber voluitur. Signanter autem dixit expendunt, hoc est in extrema auri pellicula expendunt. De pretiosis in auribus loquitur. Exponit autem ipsum, quem inquit. Hæc sunt vires ambitionis, tantum vsurarium substantiam vno & muliebri corpore lo baiulare. Similiter autem dixit B. Cypr. l. de Bono pudic. quorum pretia etiam sine artibus Kalendarium insusum excedunt, ubi etiam aliquid adnotauimus n. 47.

76. & sinistra per singulos digitos de sacro lugalibus ludit.] Ita ex coniectura Latini, omnia vocantur per sua. Similiter B. Cypr. l. de Bono pudic. Quid quædam giti tali auro onerati nec intrare possunt, nec exire, nisi vsus exposcitur, an patrimoniorum (quæ per laccos maris intelligit hic Auctor) in suis pompa magnificæ Plin. l. 33. c. 2. ubi integram annulorum materiam tractat, inter cetera hæc habet, quæ ad loci huiusmodi etiam facere putauit. Manus (inquit) & præsertim sinistra maximam auctoritatem conciliare auctoritate sequi. Multis hoc modis ut cetera omnia luxuria, gemmas addendo exquisitis fulgoris, sensuque opone digitos onerando. Singulis primo digitis aurum, quod mos erat qui sunt minimis proximis; postea perla, quæ induere; deinde iuuat et minimo daret; Galie duntaxat in medio dicuntur vsæ; hic nunc solus excipitur, quæ omnes onerantur; atque etiam primum artium materibus aliis. Sunt qui tres vni minimo congerant, quæ dera eorum offendant.

ARGUMENTVM LIBRI DE CVLTV FOEMINARVM PER IACOBVM PAMELIVM.

IVSDEM penè argumenti est liber iste cum precedenti, præterquam quod curam capilli & cutis magis peculiariter reprobet.
I. Primum verò pudicitiam, quæ ancillas Dei deceat, non in sola docet conseruare carnis integritate, sed & cultus ac ornatus, ut à Gentilibus differant, & mundi.

- II. Deinde quod studium placendi per decorem non de integra conscientia veniat, quod & tentationibus viam aperiat, & spectatoribus sit periculo.
III. Quod item laude formæ frui ad gloriam, pertineat in carne; in qua non gloriantur, quum propter Christum lacerata durauerit, ut spiritus in ea coronetur.
III. Neque verò in maritorum gratiam id fieri debere, quum fidelis maritus formam non det, infidelis suspectam habeat.

Maximè autem delinquere, quæ cutem medicaminibus unguunt, genas rubore maculant, oculos fulgine collinunt, reprehendentes artificem Deum quum emendant. V.
Eas etiam quæ croco, vti Germanæ & Gallæ, capillum vertunt, male sibi flammeo capite auspicantes, & cerebro perniciem reseruantes. VI.
Nec minus illas, quæ nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum alieni capitis, nunc in galeri modum vertici adfigunt, nunc collyridas quasdam cervicibus astruunt. VII.
Magis adhuc, proprias forma præstigijs in viris improbari, vti fœminis placeant. VIII.
Quinero & circa vestitum curandam esse impedimentorum amputationem; & si quas diuitiarum natalium vel dignitatum ratio compellat pompaticas progredi, sic agant quasi nõ utantur; non secus atque multi faciunt, spadonatui se adsignantes propter regnum Dei. IX.
Nimirum à Deo non esse vestium colores & officinas, aurique opera & lapillos, sed ab angelis peccatoribus; & etiamsi Esaias nullum cultum interdixisset, abstinere tamen debere quod non ædificet. X.
Nullam enim esse causam structiuis prodeundi, quum procedendi omnis causa sit retrica: aut enim imbecillus aliquis visitandus, aut sacrificium offertur, aut verbum Dei administratur, ac si necessitas Gentilium amicitiarum eas vocet, esse debere inter ancillas Dei & diaboli discrimen. XI.
Præsertim quum lenocinia formæ magis conueniãt; immò numquam non, prostitutis corporibus coniuncta esse & debita ex Scripturis constet. XII.
Denique lucere debere opera earum, & discutiendas delicias, quibus fidei virtus effeminari potest; quum tempora Christianorum, tunc vel maximè ferro transigerentur. XIII.
Ceterum librum hunc Tertulliani patet esse, tum ex eo quod iisdem subinde verbis repetat quæ precedenti libro, tum quod ad verbum quædam hinc B. Cyprianus desumpserit lib. de Discipl. & habitu virgin. Quare rectè eum agnouerunt profætu germano adhuc Manuscriptum Tritheimius & Politianus vbi supra. Adidit primum ex Paterniacensi ac Hirsau-giensi, deinde & ex Gorziensi codicibus Frobenius; castigauit Sigismundus Gelenius ex Anglico Lelandi codice; nos denique iterum restituimus ex tribus libris MS. Vaticanis, auctiorem quoque nostris, ad Rbenani adiunctis, Adnotationibus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS
 TERTULLIANI DE 'CVLTV
 FOEMINARVM LIBER.



N CILLÆ Dei viuæ, conferuæ & sorores meæ, quo iure deputor vo- CAP. I.
 biscum, postremissimus omnium, qui de meo iure conferuitij & fraterni-
 tatis audeo ad vos verba ista facere, non vti que affectationi, sed affe-
 ctioni procurans in causâ vestræ salutis. Ea salus nec fœminarum mo-
 dô, sed etiam virorum, in exhibitione præcipuè pudicitia statuta est.
 Nam cum omnes templum simus Dei illato in nos & consecrato spi- 1. Cor. 3.
 ritu sancto, eius templi æditua & antistes pudicitia est, quæ nihil immûdum nec prophā-
 num inferri sinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquat. Sed
 modo nõ de pudicitia, cui indicendæ & exigendæ sufficiunt instantia vbique diuina præ-
 cepta, verum de pertinentibus ad eandem, id est qualiter vos incedere oporteat. Pleraque
 enim (quod ipsum, mihi reprehendendo in omnibus reprehendere Deus permittat) aut
 ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, ita ingrediuntur, quasi pudicitia in so-
 Dd ij

TULLIANUS
 Adnotationibus
 MELLI
 N. V.
 16.